

XI.

Quae intercedat ratio

inter Ethicorum Nicomacheorum librum VII. 12—15 et lib. X. 1—5

exposuit

H. S. Anton.

Spengel in quaestione de ethicis libris Aristoteli adscriptis instituta, cum duobus locis, quibus in Ethicis Nicomacheis doctrina de voluptate proponatur, ita disputetur, ut neuter alterum respiciat et suum uterque consilium sequatur (pg. 472): ostendit, aut priorem disputationem ab Aristotele ipso reiectam et lib. X eandem rem alia ratione esse tractatam, a discipulis autem utramque quaestionem servatam integram — aut, id quod verisimilius esse iudicat, auctorem illius esse Eudemum, qui in retractando loco altero admiscuerit suam sententiam. (pg. 533) ¹⁾. Similiter Brandis *Gesch. der Philos.* pg. 1510 non prior, sed posterior commentatio multo subtilius scripta, loco 9. 9. 1170. a. 24 indicata, quin ab Aristotele profecta sit, dubitari posse negat. Cautius Prantl: „über die dianoetischen Tugenden in der *Nicom. Ethik des Arist.*“ 1852 pg. 6. de re disputat, qui postquam reprehendit, in ethicis *Nicom.* bis de voluptate quaeri atque ita ut diversae de ea sententiae proponantur: nihil aliud dicit quamvis accurate quaeratur inveniri posse, nisi locos, quibus de voluptate actum sit, in *Nicomacheis* conturbatos esse. — Quas sententias num probare possimus, apparebit, si fisi dicto Spengelii pg. 497, quo divinat, suam utramque disputationem de voluptate rationem habere posse in re ipsa positam, denuo utramque perlustraverimus rationemque quae inter eas intercedat et finem quo tendant accuratius consideraverimus. Sed priusquam quaestionem ipsam suscipimus, quam in libris I—VI de voluptate sententiam tulerit Aristoteles, breviter exponamus.

Voluptas, omnibus animantibus communis animi affectus, 2. 2. 1104. b. 34; 1. 9. 1099. a. 8., hominis comes est per totam vitam et puerum sibi adsciscens nec senem deserens, 2. 2. 1105. a. 1., et

¹⁾ Spengel: „über die unter dem Namen des Aristoteles erhaltenen ethischen Schriften.“ 1841.: at ubi iudicium fecit de Fritschii editione *Ethicorum Eudem.* (*Münch. gel. Anzeigen.* April 1852. No. 55. pg. 443.) quaestionem priorem ab Aristotele abiudicandam esse censet.

tanta est dignitate, ut, quamquam iam a puero, qui nondum didicit rationem (*λόγον*) sequi, liberrime et apertissime appetitur, 3. 15. 1119. b. 6, tamen aetate proveciore, actionibus ad rationis regulas redactis, pulcherrima sit merces boni hominis. Cohæret autem tam arcte cum hominis natura, ut, quamvis illi nitatur, nullo modo se ab ea expedire possit: ultro ipsa homini obviam it, ultro ipsa vel frater germanus, dolor, unumquemque affectum vel actum sequitur. 2. 2. 1104. b. 14; 2. 4. in. Atque homines cum in tres potissimum res, honestum utile iucundum, nitantur, honestas autem et utilitas speciem voluptatis habeant, 1104. b. 35., omnes petunt voluptatem eamque tanquam finem secundum honestum (*τὸ καλόν*) — quidquid enim honestum, id utile — sibi proponunt. 2. 8. ex.; 3. 1. 1110. b. 11; 3. 6. ex. Iam prout animus voluptatem vel dolorem ex rationis aut cupiditatis praeceptis persequitur, bonus fit aut malus. 2. 2. 1104. b. 20—24. Voluptate enim homo movetur, ut male agat, eademque ad bene agendum incitatur. 1104. b. 9—14. Quamobrem custodienda voluptas 2. 9. 1109. b. 7. et maxima cura impendenda, ut iam puer consuescat gaudere et dolere quibus rebus debet. 2. 2. 1104. b. 11; 4. 2. ex. Nam qui voluptatem actionibus tantum ex virtute perfectis gigni ratus eo pervenerit, ut possit recte gaudere et dolere: is virtuti addictus ut semper honeste agat operam dabit, pretium recte facti habebit voluptatem ex prospero eventu perceptam, iucundam honestamque vitam deget. *ὁ βίος αὐτῶν . . ἔχει . . τὴν ἡδονὴν ἐν ἑαυτῷ*. 1. 9. 1099. a. 15; 4. 2. in.; 2. 2. 1104. b. 31; 9. 9. 1169. b. 25. At si quis recte aut dolere aut gaudere non didicerit, nec quem ad finem dirigendae sint actiones sciet 6. 5. 1140. b. 17., et voluptatem percipiet ex iis rebus, quae dolorem viro bono afferunt. Quare cum qualis sit actio non solum ex causis, quibus motus quis eam susceperit, cognoscamus, sed etiam ex voluptate, quam ex perfecta actione percipiat, concludamus 2. 2. ex. Rhet. 2. 4. 1381. a. 7. — cum tantum censemus bene egisse, qui bene actis revera gaudeat. 1. 9. 1099. a. 17. Sic vir temperans (*σώφρων*) abstinet voluptate corporis et abstinencia gaudet, vir intemperans (*ἀκόλαστος*), si voluptati se tradere prohibetur, dolet; sic vir fortis, cum sustinet res terribiles, alaeri animo ad eas tendit vel certe non invito, vir ignavus dolet, 2. 2. 1104. b. 6.; sic vir liberalis beneficia in amicos aequae atque in egenos confert lubenter, 4. 2. 1120. a. 24—29. b. 30., vir magnificus (*μεγαλοπρεπής*) non sine aliqua delectatione animi facit sumptus, 4. 4. 1122. b. 8.; pariter homo mendax mendacio ipso gaudet 4. 13. 1124. b. 16, omnisque iniustitia prodit ex voluptate, quae ex lucro facto nascitur. 5. 4. 1130. b. 4. Quin etiam si quis non sibi conscius egerit aliquid, voluptate vel dolore, quem sibi conscius factus ex re perfecta percipit, indicare videtur, utrum mente sui conscia ita acturus fuerit necne. 3. 2. in. coll. 2. 7. ex. 4. 12. Ex quo intelligitur, virtutem ethicam non consistere in facultate recte percipiendi voluptatem¹⁾, sed cognosci tantum ex ratione, qua capiatur voluptas vel dolor. Qua de causa voluptas et dolor, testes incorrupti interioris habitus hominis, 2. 2. 1104. b. 3., cum tantam exerceant vim in suscipiendis actionibus ethiceis, diligenter in quaestionibus ethiceis explicantur. 2. 2. ex.

Cum igitur videamus, omnibus rebus, quas agat homo, ethicam speciem voluptate quodammodo conciliari, quaeramus, quomodo voluptatis sensus de sententia Aristotelis inter se differant. Ac sumitur quidem divisio cum ex rebus quibus excitantur, tum ex ratione qua apparent. Cum enim homo ex animo et corpore constet, voluptates prout aut animum solum tangunt aut prius corporis actionem efficiunt, in *ἡδονὰς ψυχικὰς* et *σωματικὰς* (*διὰ τοῦ σώματος, κατὰ τὸ σῶμα, περὶ τὸ σῶμα*) dividuntur 3. 13.: illisque (*ταῖς ψυχικαῖς*) adnumerantur et eae quae nascuntur actione ex virtute perfecta vel expleta honesta aliqua cupiditate velut discendi et honoris adipiscendi, et eae quae parantur bonis externis velut

¹⁾ Cfr. Wehrenpfennig. Progr. Gymn. Joachimsth. Berlin 1856. „Die Verschiedenheit der ethischen Principien bei den Hellenen und ihre Erklärungsgründe.“ pg. 47.

si amici et opes bene se habent, coll. 7. 6. — his (*ταῖς σωματικαῖς*) omnes quae sensuum motibus oriuntur sive visu percipiuntur velut ex coloribus, ex figuris, ex imaginibus, sive auditu velut ex cantu, sive odoratu velut ex fructibus, ex floribus suffimentisque, sive tactu et gustu velut ex potione et cibo. Quae postremae, proprie corporis voluptates dictae, omnibus sunt communes animantibus et ab homine, quatenus belluarum natura praeditus est, capiuntur. Atque tendunt ad eas adipiscendas cupiditates, quae naturales et omnibus hominibus communes, velut desiderium alimenti corpore inopia alicuius rei laborante, satiatae excitant voluptatem naturalem et omnibus hominibus communem: et singulares, quae quorundam tantum hominum propriae id agunt, ut voluptatem non tam desiderio potitionis ac cibi expleto assequantur, quam ex rebus, ex quibus non decet vel magis quam decet nec ratione qua decet, percipiant. In illis heluones fere soli, in his omnes homines intemperantes ultra modum progrediuntur. Nituntur illi insatiabili cupiditate in novas semper voluptates: a quibus si prohibentur cum dolore afficiantur, accidit ut voluptatis causa doleant. Modum tenet et tenendo gaudet vir temperans, qui in agendo rectam sequens rationem 1. 13. 1102. b. 28. ut medium quiddam assequatur unice contendit 3. 13. ex.; cupiditate voluptatum corporis corripitur quidem, at illa cum rationis lege sit coërcita utitur ad id consequendum, quod valetudini inserviat corroborandae, neque unquam non observat honestum. Homines autem, qui ex eiusmodi rebus minorem quam debent voluptatem capiant, quamquam non inveniuntur — est enim talis animi conditio non humana 2. 7. 1107. b. 4.; 3. 14. 1109. a. 5. —, tamen ab Aristotele 2. 7. 1107. b. 8. vocantur *ἀναίσθητοι*, quod sunt qui voluptatem quidem sentiant, sed omnem fugere videantur. *ὁ δὲ πάσας φεύγων, ὥσπερ οἱ ἀγροῖτοι, ἀναίσθητός τις.* ¹⁾ 2. 2. 1104. a. 24.; 2. 8. 1108. b. 21. coll. Eth. Eud. 3. 2. 1230. b. 19.

Praeterea sunt aliae tres rationes, quas sequitur homo in percipienda corporis voluptate vel dolore, una si accidit, ut quis, quamvis accurate cognoverit rationem agendi (*τὸν ὀρθὸν λόγον*) non consueverit praeceptis obsequi, 7. 5., et cupiditatibus abreptus mente sui conscia agat contra suam voluntatem, *παρὰ τὴν βούλησιν πράττει* 5. 11. 1136. b. 6. cfr. 9. 4. 1166. b. 8. — atque is, in agendo inconstans, dicitur *ἀκρατής* —, altera, si pugnat cum cupiditatibus vehementer irruentibus easque devincit et ut *ὁ λόγος* imperium nanciscatur efficiens habitum constantiae (*ἐγκράτεια*) sibi adsciscit. 1. 13. 1102. b. 12—28 coll. 3. 4. 1111. b. 14. coll. Plat. Gorg. pg. 491. E., tertia, si aliquamdiu tantum „spretis adhortationibus rationis ac prudentiae“ corporis voluptate parum gaudet et causa aliqua motus nimis ab illa recedit. 7. 11. in. Quam cur absurdissimam esse Fischer ²⁾ pg. 42. censeat notionem *ἐλλείψεως* nec aequae rationi convenientem atque *τὴν ἀκρασίαν* et *τὴν ἐγκράτειαν*, non intelligo.

Iam vero cum eiusmodi dimicatio unamquamque antecedit virtutem neque ullam homo nisi prospere processerit virtutem conciliare sibi possit, sequitur ut constantia ipsa non sit virtus, sed fundamentum quo virtus nititur (7. 1. 1145. b. 1.; 4. 15. ex.) ³⁾: velut saepius fortiter iuste temperanter i. e. constanter agendo conciliamus nobis virtutem fortitudinis iustitiae temperantiae, quibus partis semper agimus fortiter iuste temperanter. 2. 1. 1103. b. 1.; 2. 3. 1105. b. 3. Unde fit, ut, cum vir *ἐγκρατής* malos domuerit appetitus, homo virtute ornatus non amplius iisdem commoveatur: sed virtute (*ἀρετῇ*) usus verum eligit

¹⁾ Cfr. Bendixen: De Ethicorum Nicomacheorum integritate. Ploen 1854. pg. 12.

²⁾ Fischer: de Ethicis Nicomacheis et Eudemis, Aristotelis nomine inscriptis. Bonn. 1847.

³⁾ Minus accurate de *ἐγκρατίας* notione disputat Zeller: Philosophie der Griechen. 1846. 2. pg. 522. „Eine ähnliche“ (wie bei den dianoëtischen Tugenden) „Unklarheit findet nun auch hinsichtlich der Mässigkeit (*ἐγκράτεια*) statt, wenn diese zwar für eine löbliche Beschaffenheit erklärt, aber von der Tugend im eigentlichen Sinne noch unterschieden wird — ein Mittelding zwischen einer blossen Temperamenteigenschaft und einer Bestimmtheit des sittlichen Characters, für das sich schwer ein bestimmter Ort ausmitteln lässt.“ praeterea cfr. Brandis pg. 1545.

finem, prudentia (φρονήσει) usus eligit optima finem assequendi subsidia. Eius enim appetitus rationi obediunt eamque neque praecurrunt nec propter pigritiam aut ignaviam deserunt, suntque tranquilli atque omni perturbatione carent. ὁ μὲν ἔχων, ὁ δ' οὐκ ἔχων φάυλας ἐπιθυμίας 7. 11. 1152. a. 1.; 9. 8. 1168. b. 34. coll. Magn. Mor. 2. 6. pg. 1203. b. 20. Bonitz obs. crit. pg. 15. Rhet. 1. 10. 1369. a. 18. Coaluit iam virtus dianoetica cum ethica et homini robur animi quoddam paravit: quo adiutus ille in omnibus vitae partibus rationis lege aget virtutemque colet. 1. 13. 1102. b. 27. Constantia transiit in habitum quendam animi. —

At εἰ περὶ πάντα ἀκρασία ἐστὶ καὶ ἐγκράτεια, τίς ὁ ἀπλῶς ἀκρατής; οὐθεις γὰρ ἀπάσας ἔχει τὰς ἀκρασίας, φασὲν δ' εἶναι τινὰς ἀπλῶς. 7. 3. ex. Omnes viri inconstantes eandem sequuntur agendi rationem: prout alius aliis indulget affectibus, appellatur v. c. ἀκρατής θυμοῦ τιμῆς κέρδους, omnes autem affectus pariter atque actiones sequitur aut voluptas aut dolor. Qui voluptati tactu aut gustu partae animo invito inservit ita, ut hominis naturam non deserat nec aut belluarum more vitam degat aut appetitibus indulgeat, qui morbo quodam oriuntur, — simpliciter ἀκρατής nominatur. 7. 6. 1148. a. 5. Quae ἀκρασία orta cupiditatibus turpior habetur, quam ceterae velut ἀκρασία θυμοῦ (προπέτεια, μελαγχολικοί, cp. 8. ex.): nam hae quid ratio praescribat audiunt, sed, quod exsequi praecepta nimis properant, non satis intelligunt: illa voluptatem tantum, simulatque ex re aliqua percipi posse ratio dixit, petit. 7. 7. 1149. a. 24. cfr. ἀσθενεῖς cp. 8. ex. cp. 9. 1151. a. 1. cp. 11. 1152. a. 19. 27. Contra ὁ ἐγκρατής ἀπλῶς corporis voluptates ex tactu et gustu profluentes, quas malas esse scit, devincit cp. 8. 1150. a. 13., nec a proposito, quod cum rationis lege captum sit bonum est, depellitur. ἄλλος δ' ἐναντίος, ὁ ἐμμενετικός καὶ οὐκ ἐκστατικός διὰ γε τὸ πάθος. cp. 9. ex.

Quare vir constans cupiditatibus, quibus vir inconstans invitus nimis indulget, animo lubenti graviter resistens cum manifestam facit vim virtutis dianoeticae iterum ac saepius ad affectus coercendos excitatam, donec ethicam sibi conciliaverit virtutem, tum efficit, ut ex ἐγκρατεία nascatur virtus σωφροσύνης, cui ipsi κατὰ μεταφορὰν tribuitur quaedam ἐγκράτεια 1151. b. 34., vel alia virtus aliqua, vel fortitudo, iustitia. (cfr. ἀκρατής θυμοῦ κέρδους. cp. 9. 1151. a. 10.) Quae cum ita sint, errasse putamus Fischerum, qui pg. 42. de ratione, quae inter ἐγκράτειαν et σωφροσύνην intercedat, sic iudicat: „id tantum differunt, quod ἐγκράτεια est μετὰ φρονήσεως, nomen σωφροσύνης autem naturalem tantum hisce in rebus virtutem significat“. coll. pg. 67. Universe hominem ut virtutem sibi paret maiorum consilium sequi necesse est in agendo, donec suam ipse rationem ita excoluerit, ut qui finis sit proponendus intelligat eique sua sponte obsequatur. Tali fundamento nixae explicantur virtutes. Ut ὁ λόγος regit τὸ ἐπιθυμητικόν, sic procreant virtutes dianoeticae, quae primum in maioribus, tum in nobis ipsis apparent, virtutes ethicas: quas si sibi conciliaverit homo, ita aget, ut et dianoeticis et ethicis virtutibus satisfaciat. Apparet in illo ἐγκράτεια quaedam, quae, cum vir honestus malis cupiditatibus non amplius vexetur, τὸ κρατεῖν quidem exercet, sed sine ulla contentione.

Qua quaestione de τῇ ἐγκρατεία instituta ad librum VII. Ethicorum pervenimus, quo alias voluptatis divisiones invenimus. Ac primum quidem Aristoteles ex rebus, quibus voluptas excitatur, principium partitionis sumit cp. VI. in. τὰ ποιοῦντα ἡδονήν. a. τὰ μὲν ἀναγκαῖα. (σωματικά.) b. τὰ δὲ ἀναγκαῖα μὲν οὐ, αἰρετὰ δὲ καθ' αὐτά, ἔχοντα δ' ὑπερβολήν. (νίκη τιμὴ πλοῦτος. coll. Rhet. 1. 10. 1369. a. 14.). — cp. VII. 1148. a. 22. τὰ ἡδέα. a. ἐνια φύσει αἰρετὰ. b. τὰ δὲ μεταξὺ. (χρήματα, κέρδος, νίκη, τιμή, ὑπερβολήν ἔχοντα) — utraque φύσει καλὰ καὶ ἀγαθὰ ¹⁾, τιμὴ τέκνα γονεῖς — c. τὰ δ' ἐναντία. cfr. III. 13. (2. 2.) ἡδοναί. a. οὐ σωματικά. α. ψυχικά. (φιλοτιμία. φιλομάθεια.) β. αἱ ἄλλαι ὅσαι μὴ

¹⁾ Cfr. Bendixen Philologus 10. Jahrg. 2. Heft. 1855. pg. 271.

σωματικά εἶσιν. (φιλόμυθος, διηγητικός, οἱ λυπούμενοι ἐπὶ χόρημασιν ἢ φίλοις.) — b. σωματικά. (διὰ αἰσθήσεων.) (cfr. Rhet. 1. 11. 1370. a. 24.) Qua in partitione apparet et respici rationem, qua bona dividuntur in bona animi, bona corporis, bona externa, 1. 8. 1098. b. 14. coll. M. Mor. 1. 3. 1134. b. 2.; 1. 10. 1099. b. 28., et pluris aestimari voluptatem ex bonis animi et ex bonis externis quam voluptatem ex bonis corporis perceptam.

Tum in partiendo Aristoteles respicit rationem, qua ab homine percipitur voluptas cp. 6. 1148. b. 15. a. ἔνια μὲν ἡδέα φύσει. α. τὰ μὲν ἀπλῶς. β. τὰ δὲ κατὰ γένη καὶ ζώων¹⁾ καὶ ἀνθρώπων. — b. τὰ δ' οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ α. τὰ μὲν διὰ πηρώσεις. β. τὰ δὲ δι' ἔθνη γίνεται. — utraque διὰ τε νόσους καὶ μανίαν, sunt enim νοσηματώδως ἔχοντες δι' ἔθος. — γ. τὰ δὲ διὰ μοχθηρὰς φύσεις. (Θηριώδεις). — quare duae species: (item Muret, et Spengel Münch. Anz. 1852. pg. 455). α. αἱ μὲν θηριώδεις. β. αἱ δὲ νοσηματώδεις. cfr. cp. 15. 1154. a. 32.; Rhet. 1. 10. 1369. b. 17. πολλὰ γὰρ καὶ τῶν φύσει μὴ ἡδέων, ὅταν ἐθισθῶσιν, ἡδέως ποιοῦσιν. cfr. 1370. a. 13. Eadem partitio, sed relata tantum ad voluptatem corporis 7. 7. 1149. b. 28. ἡδοναὶ σωματικά. α. αἱ μὲν ἀνθρωπικά εἶσιν καὶ φυσικά, καὶ τῷ γένει καὶ τῷ μεγέθει. — b. αἱ δὲ θηριώδεις. — c. αἱ δὲ διὰ πηρώσεις καὶ νοσήματα. Quare referimus verba: „ὥσπερ γὰρ εἴρηται κατ' ἀρχάς“ non ad caput I, sed ad cap. VI, quod primum πηρώσεις et νόσους spectat. Denique prior illa partitio redit cp. 8. 1150. a. 16. ἡδοναί. α. ἔνια τῶν ἡδονῶν ἀναγκαῖαι. — b. αἱ δ' οὐ καὶ μέχρι τινός, αἱ δ' ὑπερβολαὶ οὐ, οὐδ' αἱ ἐλλείψεις.

Cum ita qualis describatur voluptas eiusque species lib. I—VII, 11 cognoverimus, de ratione qua tractat Aristoteles lib. VII, 12—15 et lib. X, 1—5 de voluptate doctrinam, quaeramus.

Ut ethicam quaestionem maxime versari in explicanda voluptate 2. 2. ex dicit, quod illa, cum omnes petant voluptatem et nisi pugnando cum cupiditatibus, res iucundas petentibus, virtutes sibi non concilient, civibus proponat summum finem praescribatque quid bonum quid malum, quid faciendum quid fugiendum sit — sic lib. VII. cp. 12 brevi adumbrat, quam vim et in singulis hominibus et in civitate voluptas exerceat adicitque, de sententia plurimorum voluptatem beatitudine contineri: tum quam alii de voluptate proposuerint doctrinam et quid verum quid falsum sit, quaerit. Nec tamen alios nominatim appellat: ita ut nostrum sit quaerere, ad quos pertineant causae allatae. Qua in re dubitari non posse videtur, quin etsi in iis multae sint, quae pari modo a Platone in Philebo plus minusve tanquam adversariorum propriae et ex parte verae significantur, tamen neque Philebus neque omnino Platonis doctrina respiciatur, sed si concedendum, locos Philebi ad Antisthenem pertinere eumque ex Platonis iudicio (Phil. pg. 44. D.) suam de voluptate sententiam hausisse ex meditationibus de corporis voluptate institutis: verisimile est, totam quaestionem maxime ad Antisthenem²⁾, quamquam ille eam voluptatem, cuius nunquam hominem poeniteat, bonam habuisse³⁾ dicitur, vel ad eius discipulos esse referendam. Iam initio disputationis tres ponuntur sententiae, adiectis causis quibus nitantur:

¹⁾ 10. 5. 1176. a. 6. — alia alii aetati iucunda. 8. 3. 1156. a. 33. — τὰ τῇ φύσει ἡδέα. 9. 9. 1170. a. 2. ἡδοναὶ σωματικά 9. 8. 1168. b. 16.

²⁾ Cfr. Zell: Comment. pg. 309. „ut omnino in tota hac disputatione auctor noster Platoniam rationem refutare sibi proposuit.“ pg. 312. 317. pg. 428. Zeller: platon. Studien. pg. 281. Spengel Platonem respici negat pg. 523, Schleiermachers sententiam, qua ad Antisthenem quaestio spectet, firmiter dicit nisi argumentis (pg. 526): ad Speusippum tamen illam esse referendam, efficit ex lib. VII. cp. XIV. ὡς γὰρ Σπεύσιππος ἔλεγε. (pg. 530).

³⁾ Deycks: de Antisthenis Socratici vita et doctrina. Coblenz 1841. pg. 17. Winckelmann: Antisth. fragm. pg. 52. pg. 59. Feuerlein: „die philosoph. Sittenlehre“. Tübingen 1857. s. v. „Antisthenes“. Susemihl: die genetische Entwicklung der platonischen Philosophie. 1857. II. pg. 34. Anm.

1. τοῖς μὲν οὖν δοκεῖ οὐδεμία ἡδονὴ εἶναι ἀγαθόν, οὔτε καὶ αὐτο οὔτε κατὰ συμβεβηκός· οὐ γὰρ εἶναι ταῦτον ἀγαθόν καὶ ἡδονήν.¹⁾

2. τοῖς δ' ἔνιαι μὲν εἶναι, αἱ δὲ πολλαὶ φαντασίαι.

3. ἔτι δὲ τούτων τρίτον, εἰ καὶ πᾶσαι ἀγαθόν, ὅμως μὴ ἐνδέχασθαι εἶναι τὸ ἄριστον ἡδονήν.
Quas si consideraveris, eorum esse concedes, qui voluptatem spernant: de sententia Aristippi et Eudoxi, qua voluptas est summum bonum, mentio non fit.

Causae. 1. a. ὅλως μὲν οὖν οὐκ ἀγαθόν, ὅτι πᾶσα ἡδονὴ γένεσις ἐστὶν εἰς φύσιν αἰσθητή, οὐδεμία δὲ γένεσις συγγενῆς τοῖς τέλεσιν, οἷον οὐδεμία οἰκοδόμησις οἰκία. Simili modo Plato in Philebo pg. 53. C. in usum suum convertit Aristippi doctrinam, qua voluptas fieri dicitur, (Diog. Laert. II. 85. τέλος δ' ἀπέφαινε τὴν λείαν κίνησιν εἰς αἰσθησὶν ἀναδιδομένην. II. 86. τὴν μὲν λείαν κίνησιν ἡδονήν, τὸν δὲ πόνον τραχεῖαν κίνησιν.), ut ostendat, idcirco eam non esse posse summum bonum. coll. pg. 31.

b. ἔτι ὁ σώφρων φεύγει τὰς ἡδονάς. Haec causa, quae pari modo in Philebo non invenitur (cfr. pg. 45. E.) locum etiam dedit, ut conicere licet, affirmationi, solam corporis voluptatem ab his adversariis respici.

c. ἔτι ὁ φρόνιμος τὸ ἄλλυπον διώκει, οὐ τὸ ἡδύ. Pariter Plato in Philebo pg. 43. D. profert sententiam, quam Antisthenis esse supponunt, ὡς ἡδιστον πάντων ἐστὶν ἀλύπως διατελεῖν τὸν βίον ἅπαντα.

d. ἔτι ἐμπόδιον τῷ φρονεῖν αἱ ἡδοναί, καὶ ὅσῳ μᾶλλον χαίρει, μᾶλλον, οἷον τὴν τῶν ἀφροδισίων· οὐδένα γὰρ ἂν δύνασθαι νοῆσαι τι ἐν αὐτῇ. Eadem in Philebo legitur sententia pg. 63. D., at, cum Plato accuratius internoseat voluptatis species, refertur ad corporis voluptatem. Et ab Antisthene eam esse prolata, intelligimus, si cum pg. 63. D. comparamus pg. 45. E. et 44. D. τούτοις μὲν οὖν ταῦτα ἂν προσχρήσαιο, σκεψάμενος ἔτι καὶ τὰλλ' αὐτῶν δυσχεράσματα.

e. ἔτι τέχνη οὐδεμία ἡδονῆς· καίτοι πᾶν ἀγαθόν τέχνης ἔργον. Ad quem sit referendum, incertum: Plato de τέχνῃ ἡδονῆς omnino non loquitur, quamquam pg. 55. E. τέχνας satis accurate definit.

f. ἔτι παιδία καὶ θηρία διώκει τὰς ἡδονάς. Exeunte quaestione in Philebo instituta Plato pg. 67 B. suspicatur, ex Spengelii sententia pg. 526 „iocans“, hanc fuisse causam eorum, qui voluptatem summum esse bonum arbitrentur. Quod si ad Aristippum referendum, Antisthenes ex eadem causa ad contrarium pervenit finem.

2. τοῦ δὲ μὴ πάσας σπονδαίας, ὅτι εἰσὶ καὶ αἰσχυραὶ καὶ ὄνειδιζόμεναι, καὶ ἔτι βλαβεραὶ νοσώδη γὰρ ἔνιαι τῶν ἡδέων. Haec sententia similis est illi a Platone in Philebo pg. 46 coll. pg. 65. E. prolatae et docet, initium saltem discernendi voluptatis sensus factum fuisse. cfr. Diog. Laert. II. 90.

3. Tertia denique sententia, qua ὅτι δ' οὐκ ἄριστον ἡ ἡδονή, ὅτι οὐ τέλος ἀλλὰ γένεσις dicunt, item in Philebo, sed amplius explicata, invenitur. Ut Plato respicit Aristippi doctrinam, sed contraria ex ea concludit, sic ille adversarius eandem in contrarium vertit. (cfr. 1. a.)

Iam si accuratius perlustrantes cp. XIII singulas causas examinaverimus, eas spectare ad voluptatem corporis, non animi, patebit. Ut enim bonum in id quod omnibus bonum et in id quod singulis

¹⁾ Verba: „οὐ γὰρ εἶναι ταῦτον ἀγαθόν καὶ ἡδονήν“ continent argumentum, quod primae sententiae adiectum, ubi causae quibus ea nititur proponuntur, non explicatur. Ductum esse nobis videtur ab Antisthenis doctrina cognoscendi, qua quidquam de quoquam praedicari posse negavit. Cfr. Zeller Gesch. der Philos. 2. 115. Anm., qui citat Plato. Sophist. pg. 251. B. ὅθεν γε, οἶμαι, τοῖς τε νέοις καὶ τῶν γερόντων τοῖς ὀψιμαθῆσι θοίνην παρεσχέκαμεν· εὐθὺς γὰρ ἀντιλαβίσθαι παντὶ πρόχριστον ὡς ἀδύνατον τὰ τε πολλὰ ἐν καὶ τὸ ἐν πολλὰ εἶναι, καὶ δήπου χαίρουσιν οὐκ ἔωντες ἀγαθόν λέγειν ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὸ μὲν ἀγαθόν ἀγαθόν, τὸν δὲ ἄνθρωπον, ἄνθρωπον. cfr. Deycks: de Megaricorum doctrina eiusque apud Platonem et Aristotelem vestigiis. Bonn. 1827. pg. 45.

est bonum, (τὸ μὲν γὰρ ἀπλῶς τὸ δὲ τινί), dividitur, sic naturae et habitus, motus et ortus, quibus voluptas continetur, (φύσεις ἔξεις, κινήσεις γενέσεις), partim omnibus, partim singulis boni habentur. Pariter ex malis motibus et ortibus alii simpliciter mali, alii simpliciter quidem mali, sed singulis optabiles esse, alii denique ne singulis quidem optabiles, sed per breve tantum temporis spatium, vix voluptatis nomine vocari posse dicuntur: φαῦλαι. a. [ἀπλῶς]. — b. ἀπλῶς, τινὶ δ' οὐ, ἀλλ' αἰρεταὶ τῷδε.¹⁾ — c. ἔνια δ' οὐδὲ τῷδε, ἀλλὰ ποτὲ καὶ ὀλίγον χρόνον, αἰρεταὶ δ' οὐ. (ὄσαι μετὰ λύτης καὶ ἰατρείας, οἷον αἱ τῶν καμνόντων.)²⁾ — Quae partitio si confertur cum illa ex ep. VI allata, apparet, voluptates ἀπλῶς, τινὶ δ' οὐ, ἀλλ' αἰρεταὶ τῷδε simul complecti eas quae κατὰ γένος sint iucundae: et ταῖς ποτὲ καὶ ὀλίγον χρόνον αἰρεταῖς corporis quoque voluptatem contineri, docet ep. XIII., ubi legimus: a. ἀπλῶς ἀγαθαί. b. οὐκ ἀγαθαί. (αἱ μετ' ἐπιθυμίας καὶ λύτης καὶ αἱ σωματικαὶ (τοιαῦται γὰρ αὐταὶ) καὶ αἱ τούτων ὑπερβολαί).

Alterum argumentum quo demonstretur, corporis voluptatem esse reiiciendam, sumitur bono iterum diviso, τοῦ ἀγαθοῦ τὸ μὲν ἐνέργεια τὸ δ' ἔξις (cfr. 8. 6. 1157. b. 6.), ex ratione, qua voluptas apparet: ea enim, quae dissoluta corporis harmonia comitatur actiones habitum naturalem reducentes, per accidens tantum iucunda esse dicitur, cum et sit voluptas, quae oriatur non antecedente dolore aut cupiditate nec natura inopia aliqua laborante, et nemo inopia expleta voluptatem percipiat ex iis quae eam expleverint. cfr. Plat. Phil. pg. 32. 42. D. 52. A.

Hactenus in universum de corporis voluptate. In examinandis autem singulis sententiis Aristoteles ita progreditur, ut initium capiat a tertia cum eaque coniungat primam primae causam, tum ad secundam transeat adiiciatque quartam primae causam, (id quod valet ad comprobendam sententiam nostram, qua ad Antisthenem vel eius discipulos illam pertinere coniecimus.), denique in prima persistat exploranda. Ac primum sententia, qua voluptas quod fiat nec sit finis non esse posse summum bonum dicitur, est improbanda, quod voluptas cum sit actus et finis (ἐνέργεια καὶ τέλος) non modo nunquam fit, sed ne cum ortu (γενέσει) quidem, quotiescunque apparet, est coniuncta nec, si quid fit, nascitur, sed si quid perfectum est: ipsa sibi finis est, excepta ea quae confert ad naturae desideria explenda. Quare voluptas non est vocanda αἰσθητὴ γενέσις, sed ἀνεμπόδιστος ἐνέργεια habitus ad naturam accommodati. Talis definitio in utramque maximeque in animi (τοῦ θεωρεῖν) convenit voluptatem. Intelligimus igitur, argumentum summum, quo prima nitatur sententia aequae ac tertia, non satis esse firmum. Eorum autem conclusio, qui voluptatem malum esse iudicant, quod res quaedam iucundae noceant valetudini, nulla esse videtur: nam eodem iure concludi potest, quod quaedam res ad quaestum inutiles prosint valetudini, voluptatem, quod inutilis sit, prodesse eidem — at tota argumentatio non cadit in sententiam propositam, cum non contineat priorem illam conclusionem —: praeterea res sunt, quae, licet noceant valetudini, tamen in bonis

¹⁾ Coll. 5. 1. 1129. b. 3. ἐπεὶ δὲ καὶ πλεονέκτης ὁ ἄδικος, περὶ τὰγαθὰ ἔσται, οὐ πάντα, ἀλλὰ περὶ ὅσα εὐτυχία καὶ ἀτυχία, ἃ ἔστι μὲν ἀπλῶς αἰεὶ ἀγαθὰ, τινὶ δ' οὐκ αἰεὶ. οἱ δ' ἀνθρώποι ταῦτα εἴχονται καὶ διώκουσιν. δεῖ δ' οὐ, ἀλλ' εὐχεσθαι μὲν τὰ ἀπλῶς ἀγαθὰ καὶ αὐτοῖς ἀγαθὰ εἶναι, αἰρεῖσθαι δὲ τὰ αὐτοῖς ἀγαθὰ. coll. 8. 4. — Top. 2. 11. 115. b. 22. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ποῦ μὲν καλὸν τὸν πατέρα θεῖν, οἷον ἐν Τριβαλλοῖς, ἀπλῶς δ' οὐ καλόν. — τὸ δ' ἀπλῶς ἔστιν ὁ μηδενὸς προστεθέντος ἔρεῖς εἶναι καλὸν ἔστιν ἢ τὸ ἐναντίον. οἷον τὸ τὸν πατέρα θεῖν οὐκ ἔρεῖς καλόν εἶναι, ἀλλὰ τισὶ καλόν εἶναι: οὐκ ἔρα ἀπλῶς καλόν. ἀλλὰ τὸ τοὺς θεοὺς τιμῶν ἔρεῖς καλόν οὐδὲν προσθεῖς ἀπλῶς γὰρ καλόν ἔστιν. ὥστε ὁ ἄν μηδενὸς προστιθεμένου δοκῆ εἶναι καλόν ἢ αἰσχρὸν ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων, ἀπλῶς ῥηθήσεται. Top. 3. 1. 116. b. 8. καὶ τὸ ἀπλῶς ἀγαθὸν τοῦ τινὶ αἰρετώτερον, οἷον τὸ ὑγιαίνειν τοῦ τέμνειν: τὸ μὲν γὰρ ἀπλῶς ἀγαθόν, τὸ δὲ τινὶ τῷ θεομένῳ τομῆς. — de an. 431. b. 12. Rhet. 2. 13. 1390 a. 1.

²⁾ Aliter Zell: Comm. pg. 306. „aliae ne huic quidem sunt semper optabiles, sed aliquando et non ita diu; aliae speciem prae se ferunt voluptatis, cum revera non sint“.

sint numerandae, velut τὸ θεωρεῖν, quod interdum nocet valetudini, non est malum neque obstat τῇ φρονήσει aut τῇ ἔξει: nulla enim voluptas, quae ab habitu ipso exit, non ad perficiendum actum (μανθάνειν et θεωρεῖν) incitat: alienae impedimento sunt. cfr. 10. 5. 1175. a. 30. Tum recte quidem voluptatem esse opus artis negant nec tamen demonstrant, eam in bonis non numerandam, cum ars non in actu, sed in δυνάμει ad actum ducenda versetur. (coll. Eth. N. 6. 4. Anal. post. 19. pg. 100. a. 8.) Denique reliquae dubitationes, ortae ex meditando de viro temperanti et prudenti, de pueris, de bestiis, eodem modo solvuntur: nam cum omnis voluptas aut simpliciter bona aut non bona sit, non bonam persequuntur pueri et bestiae, eius ἀλυπίαν fugit vir prudens, eam, si cum cupiditate et dolore coniuncta et voluptas corporis est, vir temperans. cfr. 2. 2. 1104. b. 5.; 3. 13.; 7. 8. 1150. a. 23. Unde apparet, adversarios quotquot afferant causas nec voluptatem non in bonis habendam nec eam non summum bonum esse demonstrare, sed respicere voluptatem corporis nec satis internoscere eius species: adversarios autem Antisthenem vel eius discipulos intelligi. —

Iam cp. XIV mutat Aristoteles colorem quaestionis et ad alias ab aliis adversariis, ex quibus Speusippum nominatim appellat, allatas causas transit examinandas: qua in re non demonstrat tantum, hanc illamve causam non sufficere, sed statim a primo exemplo propius accedit ad finem propositum: ἀνάγκη οὖν τὴν ἡδονὴν ἀγαθὸν τι εἶναι. Praeterea cum ex sententiis cp. XII propositis nulla fere a λύπη argumenta sumat contra voluptatem: cp. XIV, pariter atque lib. X, ubi Eudoxus λύπην in usum suum convertisse dicitur 1172. b. 18 coll. 1173. a. 8, λύπης statim ratio habetur.

Lib. VII. ἀλλὰ μὴν ὅτι καὶ ἡ λύπη κακόν, ὁμολογεῖται, καὶ φευκτόν· ἡ μὲν γὰρ ἀπλῶς κακόν, ἡ δὲ τῷ πᾶσι ἐμποδιστική. τῷ δὲ φευκτῷ τὸ ἐναντίον ἢ φευκτόν τε καὶ κακόν, ἀγαθόν. ἀνάγκη οὖν τὴν ἡδονὴν ἀγαθὸν τι εἶναι. ὡς γὰρ Σπεύσιππος ¹⁾ ἔλεγε, οὐ συμβαίνει ἡ λύσις, ὥσπερ τὸ μείζον τῷ ἐλάττω καὶ τῷ ἴσῳ ἐναντίον· οὐ γὰρ ἂν φαίη ὅπερ κακόν τι εἶναι τὴν ἡδονήν.

Lib. X. οὐκ ἔοικε δὲ οὐδὲ περὶ τοῦ ἐναντίου καλῶς λέγεσθαι. οὐ γὰρ φασιν, εἰ ἡ λύπη κακόν ἐστι, τὴν ἡδονὴν ἀγαθὸν εἶναι· ἀντικείμεθα γὰρ καὶ κακὸν κακῷ καὶ ἄμφω τῷ μηδετέρῳ, λέγοντες ταῦτα οὐ κακῶς, οὐ μὴν ἐπὶ γε τῶν εἰρημένων ἀληθεύοντες. ἀμφοῖν μὲν γὰρ ὄντων κακῶν καὶ φευκτῶν ἔδει ἄμφω εἶναι, τῶν μηδετέρων δὲ μηδέτερον ἢ ὁμοίως· νῦν δὲ φαίνονται τὴν μὲν φεύγοντες ὡς κακόν, τὴν δ' αἰρούμενοι ὡς ἀγαθόν· οὕτω δὲ καὶ ἀντίκειται.

Quos locos si conferimus, apparet, verba, quae lib. X. ostendant, Eudoxi doctrinam non recte esse intellectam, hic in breve esse coacta: τῷ δὲ φευκτῷ τὸ ἐναντίον ἢ φευκτόν τε καὶ κακόν, ἀγαθόν: praeterea lib. X quaestione de argumentis instituta Aristoteles suas ipse causas, quibus nixus voluptatem non habeat summum bonum, affert — lib. VII. quaestionem statim conclusione finit: ἀνάγκη οὖν τὴν ἡδονὴν ἀγαθὸν τι εἶναι. Contra illam igitur sententiam, qua ex dolore evincitur, voluptatem in malis esse numerandam, ponit, voluptatem esse bonum. Quin etiam amplius tendit et demonstrare studet, quamvis malae sint quaedam voluptates, unam tamen esse posse summum bonum: sicuti etsi non omnes litterae artesque sint liberales, singulae tamen liberalissimae dici possint. Tota quaestio instituitur ut explicetur, dummodo quid sit voluptas recte constituatur, facile apparere quae sit praestantia voluptatis et quam habeat cognationem cum beatitudine. Cum enim voluptas et ἀνεμπόδιτος ἐνέργεια τῆς κατὰ φύσιν ἔξεως et perfecta sit, beatitudo ²⁾ seu est omnium seu unius habitus ἀνεμπόδιτος ἐνέργεια, in eo plane

¹⁾ Gellius IX. 5. „Speusippus vetusque omnis Academia voluptatem et dolorem duo mala dicunt esse opposita inter sese, bonum tamen esse quod utriusque medium foret.“

²⁾ Feuerlein cum notionem beatitudinis prorsus non intelligat (pg. 115. „Deswegen ist sie schon ohne alle Zusammensetzung höchst wünschenswerth, wiewohl das Hinzuthun eines kleinen Gutes sie noch wünschenswerther macht.“)

congruit cum voluptate (τοῦτο δ' ἐστὶν ἡδονή. cfr. 6. 12. 1143. b. 5. τούτων οὖν ἔχειν δεῖ αἰσθῆσιν, αὕτη δ' ἐστὶ νοῦς.)¹⁾, ita ut, quamquam plurimae voluptates sint malae, una tamen videri possit esse summum bonum (εἰ ἐτυχεν, ἀπλῶς) et appareat, cur multi summum esse bonum voluptatem arbitrentur et dolorem tanquam malum fugere properent. (Diog. Laert. II. 88. Aristipp.: πίστιν δ' εἶναι τοῦ τέλος εἶναι τὴν ἡδονὴν τὸ ἀπροαιρέτως ἡμᾶς ἐκ παίδων φκειῶσθαι πρὸς αὐτήν, καὶ τυχόντας αὐτῆς μηθὲν ἐπιζητεῖν μηθέν τε οὕτω φεύγειν ὡς τὴν ἐναντίαν αὐτῇ ἀλγηδόνα. coll. Eth. 3. 6. ex.) Quibus verbis eos stringit qui voluptatem, etiamsi omnes voluptates bonae sint, summum bonum esse posse negant²⁾. Id perspicuum reddit ille locus lib. VII, qui, cum definitionem voluptatis cp. XIII propositam, qua illa est ἀνεμπόδιστος ἐνέργεια, ut concessam sumat, solus ad caput antecedens respicit: item Aristoteles, ut sibi quisque persuadeat, ipsum illo loco non suam afferre de voluptate sententiam, sed tantum ostendere velle, quomodo, si quid sit voluptas intelligatur, prorsus contrarium concludi possit, adhaec haec: καὶ διὰ τοῦτο πάντες τὸν εὐδαίμονα ἡδὸν οἴονται βίον εἶναι, καὶ ἐμπλέκουσι τὴν ἡδονὴν εἰς τὴν εὐδαιμονίαν, εὐλόγως (ad beatitudinem enim proferendam necessaria sunt bona externa: quibus adiutus cum ex virtute agere possit voluptatem vir beatus percipit), eaque confirmat verbis, quae paulo post legimus: 1153. b. 27. σημειὸν τι τοῦ εἶναι πως τὸ ἄριστον αὐτήν, 1154. a. 2. φανερόν δὲ καὶ ὅτι, εἰ μὴ ἡδονὴ ἀγαθὸν καὶ ἡ ἐνέργεια, οὐκ ἔσται ζῆν ἡδέως τὸν εὐδαίμονα. Praeterea ex ratione, qua tota dissertatio cum antecedenti coniungitur verbis ἄριστον

(cfr. Eth. Nic. 1. 5. ex. εἰ δὲ πάντων ἀριεπιτάτην μὴ συναριθμομένην, συναριθμομένην δὲ ὅλον ὡς ἀριεπιτάτην μετὰ τοῦ ἐλαχίστου τῶν ἀγαθῶν ἐπεροχὴ γὰρ ἀγαθῶν γίνεται τὸ προστιθέμενον, ἀγαθῶν δὲ τὸ μείζον ἀριεπιτάτην εἶ.) pg. 117 non satis distincte disputat de ratione, quae inter voluptatem et beatitudinem intercedat. Brandis pg. 1344 (coll. Bendixen Philolog. 11. Jahrg. 3. Heft pg. 567 Anm.) συναριθμομένην κτλ. interpretatur simili modo: „Sie ergiebt sich daher als ein vollendetes und selbstgenugsames, als das im höchsten Grade, ohne dass ein Anderes hinzukäme, anzustrebende und durch jedes ihr hinzukommendes, wenn auch noch so kleines Gut, anwachsende (obgleich des Anwachsens nicht bedürftig)“. Biese (Philos. des Aristot. 2. pg. 265.) beatitudinis qualitatem a quantitate internoscit: „Die Glückseligkeit wird mithin nach diesem quantitativen Verhältniss zu einem äusserlich Zusammengesetzten, veränderlichen Aggregat, welches der Steigerung fähig ist, so dass wenn selbst das kleinste Gut hinzutritt, eben hierdurch ein Zuwachs entsteht (Eth. 1. 5. ex.); denn die grössere Menge von Gütern ist immer wünschenswerther; es machen daher bedeutende und zahlreiche günstige Ereignisse das Leben glücklicher. (Eth. I. 11.) Die Glückseligkeit ist somit hiernach ein aus einzelnen Gütern zusammengesetztes (M. Mor. 1. 2.) und nicht ein Einfaches. — Dagegen ist sie nach ihrer innern Seite, nach der Energie der Seele, ein qualitativ Bestimmtes, kein äusserliches Aggregat von Gütern (μὴ συναριθμομένη, Eth. 1. 5), denn die tugendhafte Gesinnung ist es, wodurch der Genuss der Glückseligkeit in jedem Augenblick möglich wird; sie bildet daher die wahrhafte Grundlage“. Sequitur Trendelenburgii sententiam, qua ab Aristotele doctrinam Aristippi tangi dicit. coll. D. L. II. 87. τέλος μὲν γὰρ εἶναι τὴν κατὰ μέρος ἡδονὴν, εὐδαιμονίαν δὲ τὸ ἐκ τῶν μερικῶν ἡδονῶν σύστημα, αἷς συναριθμοῦνται καὶ αἱ παρρηγκύκλια καὶ αἱ μέλλουσαι. Beatitudo enim constat ex ἐνεργείᾳ κατ' ἀρετὴν ἄριστην, quae continet χρῆσιν τελείαν τῶν ἀγαθῶν, et ex τοῖς ἐκτὸς ἀγαθοῖς, quae tanquam τὸ ἐξ ἐποθέσεως ἀναγκαῖον beatitudini comparandae inserviunt. Voluptas, ipsa ἐνέργεια, subsequitur ἐνεργείας. 1. 11. 1101. a. 14. 1100. b. 10. — 10. 6. 1176. b. 28. 1177. a. 10. Utraque pars inter se coniuncta, efficiens τὴν ἀντάρκειαν beatitudinis, nullam rem desiderat sibi que ipsa sufficit. Προστιθέμενον pertinet ad ea quae extrinsecus accedunt ad illam, quam Aristotelis ὀρισμός repudiat, summam minutatim addendo factam. 1. 11. 1101. a. 14. τί οὖν κωλύει λέγειν εὐδαίμονα τὸν κατ' ἀρετὴν τελείαν ἐνεργοῦντα καὶ τοῖς ἐκτὸς ἀγαθοῖς ἰκανῶς κεχορηγημένον, μὴ τὸν τυχόντα χρόνον, ἀλλὰ τέλειον βίον; — 1. 5. 1097. b. 1. τιμὴν δὲ καὶ ἡδονὴν καὶ νοῦν καὶ πᾶσαν ἀρετὴν ἀροῦμεθα μὲν καὶ δ' αὐτά (μηθενὸς γὰρ ἀποβαίνοντος ἐλοίμεθ' ἂν ἕκαστον αὐτῶν), ἀροῦμεθα δὲ καὶ τῆς εὐδαιμονίας χάριν, διὰ τούτων ἐπολαμβάνοντες εὐδαιμονήσιν — 9. 9. 1170. a. 4. οἴονται τε δεῖν ἡδέως ζῆν τὸν εὐδαίμονα. — cfr. 1. 9. 1099. a. 1 — b. 10.; cp. 3. ex.

¹⁾ Cfr. Spengel: Münch. Anzeig. pg. 443. Trendelenburg: historische Beiträge zur Philosophie. 2. pg. 378.

²⁾ Nonne eadem causa motus Aristoteles summum bonum vocat τὸ ἄριστον (Eudoxus lib. X. ἄριστον), nec, ut alias solet, τὰγαθόν? coll. 1. 5. 1097. a. 27. τὸ δ' ἄριστον τέλειόν τι φαίνεται. Cfr. Spengel: Münch. gel. Anz. pg. 442.

τ' οὐδὲν κωλύει κ.τ.λ., cum expectas εἶναι vel τὸ δέ, (quare Spengel coniecit: τᾶριστον δ' οὐθὲν), concludes, eam tantum esse digressionem, ut magis eluceat praestantia voluptatis eiusque arcta coniunctio cum beatitudine. 1) —

Secunda pars capituli XIV Lib. VII. καὶ τὸ διώκειν δ' ἅπαντα καὶ θηρία καὶ ἀνθρώπους τὴν ἡδονὴν σημεῖον τι τοῦ εἶναι πως τὸ ἄριστον αὐτῆν

φήμη δ' οὐκ γε πάντων ἀπόλλυται, ἦντινα λαοὶ

πολλοί.

ἀλλ' ἐπεὶ οὐκ ἡ αὐτὴ οὔτε φύσις οὐθ' ἕξις ἢ ἀρίστη οὐτ' ἔστιν οὔτε δοκεῖ, οὐδ' ἡδονὴν διώκουσι τὴν αὐτὴν πάντες, ἡδονὴν μέντοι πάντες. ἴσως δὲ καὶ διώκουσιν οὐκ ἦν οἶονται οὐδ' ἦν ἂν φαῖεν, ἀλλὰ τὴν αὐτὴν. πάντα γὰρ φύσει ἔχει τι θεῖον κ.τ.λ.

congruit cum X. 2. 1173. a. 1.: οἱ δ' ἐνιστάμενοι ὡς οὐκ ἀγαθὸν οὐδ' πάντ' ἐφίεται, μὴ οὐθὲν λέγωσιν· ὃ γὰρ πᾶσι δοκεῖ, τοῦτ' εἶναι φασιν. ὃ δ' ἀναιρῶν ταύτην τὴν πίσυν οὐδ' πάνυ πισιότερα ἔρσι· εἰ μὲν γὰρ τὰ ἀνόητα ὠρέγετο αὐτῶν, ἦν ἂν τι τὸ λεγόμενον, εἰ δὲ καὶ τὰ φρόνιμα, πῶς λέγοιεν ἂν αὐτῶν; ἴσως δὲ καὶ ἐν τοῖς φάσιλοις ἔστι τι φυσικὸν ἀγαθὸν κρείττον ἢ καθ' αὐτά, ὃ ἐφίεται τοῦ οἰκείου ἀγαθοῦ.

nec respicit ad ep. XII: nam sententia illic proposita εἶναι παιδία καὶ θηρία διώκει τὰς ἡδονὰς — de qua agitur ep. XIII. ex. — latior est haec: καὶ τὸ διώκειν δ' ἅπαντα καὶ θηρία καὶ ἀνθρώπους τὴν ἡδονὴν. Quam refutet Aristoteles sententiam, ex lib. X. cognoscimus, ubi eadem ratione disputat contra eos, qui „ὡς οὐκ ἀγαθὸν οὐδ' πάντ' ἐφίεται“ iudicant, usi fortasse argumentis ductis ex „πάντα“ (lib. X) et ex „οὐδ'“ (lib. VII): nam cum voluptatem etiam animantes rationis expertes appetant et ἐπεὶ, quod οὐκ ἡ αὐτὴ οὔτε φύσις — δοκεῖ, οὐδ' ἡδονὴν διώκουσι τὴν αὐτὴν πάντες, concludant illi, voluptatem, cuius notio non sit certis finibus circumscripta, non esse summum bonum. Colligimus, cum paulo ante Speusippus sit appellatus, hunc autem contra Aristippum scripsisse doceant libri a Diogene commemorati IV. 1. καταλέλοιπε δὲ πάντῃσι τὰ ὑπομνήματα καὶ διαλόγους πλείονας, ἐν οἷς καὶ Ἀριστιππον τὸν Κυρηναῖον, περὶ ἡδονῆς α', . . Ἀριστιππος α', Speusippi doctrinam spectari: qua in refutanda Aristoteles similiter demonstrat, causam illam a corporis tantum voluptate, non ab illa οὐκ ἦν οἶονται οὐδ' ἦν ἂν φαῖεν sumptam esse. διὰ τὸ μόνας οὐκ γνωρίμους εἶναι ταύτας μόνας οἶονται εἶναι. 7. 14. 1153. b. 35. —

1) Quare locum contra Fischerum pg. 5 defendi posse arbitramur, qui „apertissime enim, inquit, tota demonstratio eo praecipue tendit, ut revera voluptatem, siquidem haec vox significatione quadam strictiore accipiatur, pro summo bono habendam esse probet“ nec solum ep. XIV., sed etiam ep. XIII. nimis caute et obscuris verbis auctorem loqui iudicat. Aristoteles causas adversariorum non firmas esse eadem ratione, qua X, 2 et 3, ostendit. Priore loco causas sufficere negat ad demonstrandum, voluptatem esse γίνεσθαι, explicans quomodo illi sibi ipsi repugnent et in causis verum a falso discernens, posteriore suam de voluptate et de ratione, quae inter eam et beatitudinem intercedat, sententiam uberius exponit. cfr. Brandis pg. 1511. Bendixen, qui pg. 285 hunc locum magnam vim habere dicit ad beatitudinis notionem constituendam, ex toto colore quaestionis concludit, Aristotelem demonstrare, summum bonum esse posse voluptatem, non voluptatem summum bonum (coll. pg. 283.), et pg. 203 studet ex locis, qui in Politicis respiciunt ad ethica, demonstrare, disputationem lib. VII. esse Nicomacheis, non Eudemiis, tribuendam. Sane verba Pol. VI. (IV.) 11. 1295. a. 36. pertinere videntur ad illum locum, neque supponendum, Aristotelem ad sensum tantum citare, (cfr. Philolog. 11. Jahrg. 2. Hft. 1856. pg. 368), at alter locus Pol. IV. (VII.) 13. 1332. a. 7. imprimis referendus est ad 1. 6. ex. et 5. 3. 1129. b. 32. coll. 1. 9. 1098. b. 32. — Rieckher: Zeitschrift für Alterthmsw. 1856. pg. 124 ex hoc loco colligit, differentiam quandam inter utramque quaestionem esse, „sofern die erste, wenn auch etwas zögernd und vorsichtig eine gewisse Art der Lust für das höchste Gut erklärt, die zweite aber dies geradezu läugnet“. Rose: de Aristotelis librorum ordine et auctoritate, 1854. pg. 122. Aristotelem utriusque commentationis auctorem lib. VII. quaerere iudicat „de voluptatibus quae bonae sint quaeve malae“, lib. X. „de ipsa voluptatis natura“. (Bendixen pg. 376.)

Tertia capitis parte continetur causa, qua verbis: „*φανερὸν δὲ καὶ — αἱ ἐνέργειαι αὐτοῦ*“ demonstratur, cur notiones et beatitudinis et doloris, ut voluptas habeatur bonum, postulent.

Est igitur caput XIV quodammodo in tres partes divisum, quarum prima et secunda paululum mutatae iterum leguntur lib. X., tertia profluit ex prima. Adversarius, qui non satis firmis nisus argumentis voluptatem esse posse summum bonum negavit, vocatur Speusippus: cuius doctrina cum hic amplius sit explicata, lib. X brevi tantum, non addito nomine auctoris, circumscribitur. Sequitur ut ep. XIV suum in quaestione locum obtineat.

Iam vero exeunte capite 1154. a. 8. quaestio suscipitur, quatenus corporis voluptas sit reiicienda, et demonstratur, sententiam eorum, qui voluptatem in malis numerandam esse iudicant, non omnino convenire in corporis voluptatem. Cum enim malo, inquit auctor, sit contrarium bonum, corporis voluptati autem dolor, cur dolor numeratur in malis nec potius in bonis? Deinde cum ex parte quadam corporis voluptas certe sit necessaria, nonne in bonis est numeranda, an est bona quatenus non est mala, an bona est usque ad certum quendam finem? — Quas quaestiones, postquam explicavit, cum abundantia quaedam esse possit bonorum, corporis voluptatem quoque modum excedere posse, sic solvit, ut eam quodammodo in bonis, abundantiam contra in malis esse numerandam dicat. cfr. 7. 8. 1150. a. 20; 3, 13. 1118. b. 18. Aliter se habere dolorem dicit, qui cum non abundantiam solum, sed quemlibet dolorem fugere studeant homines, habendus sit in malis. Voluptatem igitur et corporis et animi bonum esse posse apparet. —

Capite XV nova occurrit nobis quaestio, quae lib. X non instituitur, quomodo fiat ut tot homines, si de voluptate iudicent, fallantur et corporis voluptatem optabiliorem ducant. Ac primum eam censent omnibus bonis praefendam, quod acre et salutare remedium doloris praebet: atque, cum si dolor adest percipiatur (cfr. Plat. Phil. 41. C.), illo abundante eam petunt abundantem. Eadem tamen causa moti alii voluptatem non esse dignam hominis praestantia iudicant eamque contemni et reiici oportere; actus enim iis esse videtur (verba: *ὅσπερ εἴρηται* referenda ad 7. 6. 1148. b. 16. conf. 7. 7. et 7. 13.) malae naturae (*φαιύλης φύσεως πράξεις*), seu iam ab ortu (*ἐκ γενεῆς*) animanti velut bestiae ingenerateae, seu consuetudine velut ab homine partae: et curatio quam voluptas efficit, cum, praeterquam quod parte aliqua corporis laborante adhibetur, melius sit sanatum esse quam sanari, ipsa non bona et tantum per accidens iucunda habetur. cfr. 7. 13. 1152. b. 23. *κατὰ συμβεβηκὸς αἱ καθιστάσαι εἰς τὴν φυσικὴν ἔξιν ἡδέειαι εἶσιν*. Deinde corporis voluptates, quod vehementes (*σφοδραὶ*) sint doloremque expellant, appeti dicit ab iis, qui cum nulla alia re gaudeant ipsi in se desideria naturae excitent. (cfr. Phil. 54. E.) At prior causa a posteriore non satis est distincta: illa inducitur verbis *πρῶτον μὲν οὖν*, haec admiscetur uberiori illius explicationi. Tum proferuntur denuo e cp. VII. 13. voluptates perceptae dolore non antecedente, quae natura iucundae modum non excedere dicuntur. Verba „*φύσει ἡδέει*“ locum dant explanationi, quid sit *κατὰ συμβεβηκὸς ἡδύ* et *φύσει ἡδύ*: annectitur expositio, qualis sit hominis natura, eaque abhorret plane ab Aristotelis doctrina. coll. Pol. 7. (6.) 4. 1318. b. 40. *τὸ ἐν ἐκάστῳ τῶν ἀνθρώπων φαῦλον*. Eth. Nic. 9. 7. 1167. b. 27. Prantl l. c. pg. 6. Idem cum sentiat Fischer pg. 69., Eudemi doctrinam proponi censet, qui res morales „multo magis in partem religionis convertat, quam ut practicam potissimum rationem Aristoteleam sequatur.“ Totum caput, quod si abesset non desideraretur, cum partes eius singulae inter se non apte cohaereant, nobis non ab Aristotele profectum esse videtur. Bendixen pg. 290 ad 15. 1154. b. 26 respicere iudicat Pol. 7. 3. (1?). 1323. b. 23. et Pol. 9. 12. 1172. a. 9 ad Eth. Nic. 7. 15. 1154. b. 28: at Pol. 7. 1. magis respicit ad lib. X. 8. 1178. b. coll. Met. 2. 7. 1072. b. 15; Pol. 9. 12 ad lib. VIII. cp. 4 et 5. —

Venimus ad quaestionem, libro X, 1—5 institutam, quae quin ab Aristotele sit profecta, vix quisquam dubitat.

Initio pariter atque lib. VII, in quaestione ethica voluptas tractanda esse dicitur, quod magnam exercent vim in educandis pueris¹⁾ et in virtute ethica colenda aequae atque in beatitudine concilianda. Tum Aristoteles, priusquam quid ipse de voluptate sentiat exponat, affert sententias aliorum:

1. οἱ μὲν γὰρ τὰγαθὸν ἡδονὴν λέγουσιν,
2. οἱ δ' εἰς ἐναντίας κομιδῆν φαῦλον,²⁾

et argumenta cum argumentis comparans ostendit, illos, qui eam summum bonum esse iudicent, firmioribus niti quam adversarios. Ab illorum parte stat Eudoxus, ab horum parte Speusippus, Plato, Antisthenes: ex quibus primus in confutandis adversariis causas affert logicas, secundus accuratius examinat quid sit voluptas, tertius, ut e Platonis Philebo apparet, exorditur a corporis voluptate.

Priorem defendit sententiam Eudoxus³⁾, usus his argumentis (coll. Diog. Laert. II. 88.): *Εὐδοξος μὲν οὖν τὴν ἡδονὴν τὰγαθὸν ᾧετ' εἶναι διὰ τὸ πάντ' ὄραν ἐφιμέμενα αὐτῆς, καὶ ἔλλογα καὶ ἄλογα ἐν πᾶσι δ' εἶναι τὸ αἰρετόν ἐπιεικὲς καὶ τὸ μάλιστα κράτιστον*

1. τὸ δὴ πάντ' ἐπὶ ταῦτο φέρεσθαι μὲν ὡς πᾶσι τοῦτο ἄριστον ἕκαστον γὰρ τὸ αὐτῷ ἀγαθὸν εὐρίσκειν, ὥσπερ καὶ τροφήν· τὸ δὴ πᾶσιν ἀγαθόν, καὶ οὐδὲ πάντ' ἐφίεται, τὰγαθὸν εἶναι.

2. οὐχ ἥτιον ᾧετ' εἶναι φανερόν ἐκ τοῦ ἐναντίου· τὴν γὰρ λύπην καὶ αὐτὸ πᾶσι φευκτόν εἶναι, ὁμοίως δὴ τοῦναντίον αἰρετόν. (cfr. 3. 6. ex. 3. 15. in.). *μάλιστα δ' εἶναι αἰρετόν, ὃ μὴ δι' ἕτερον μὴδ' ἡτέρον χάριν αἰρούμεθα· τοιοῦτον δ' ὁμολογουμένως εἶναι τὴν ἡδονὴν· οὐδένα γὰρ ἐπερωτιᾶν τίνας ἐνεκα ἡδέεται, ὡς καὶ αὐτὴν οὐσαν αἰρετὴν τὴν ἡδονὴν.* (Spengel pg. 527. no. 2 et 3.)

3. *προσιθιμένην τε ὄψον τῶν ἀγαθῶν αἰρετώτερον ποιεῖν, οἷον τῷ δικαιοπραγεῖν καὶ σωφρονεῖν· καὶ αὐξέσθαι δὴ τὸ ἀγαθὸν αὐτὸ ἐναντῶ.*

Tertium argumentum, quod cum Spengelio dubitamus quin ab Eudoxo tali modo sit propositum, inane esse iudicat Aristoteles, quod cum unumquodque bonum bono aliquo adiecto optabilius reddatur, voluptas idem efficiat ac cetera bona. Et in ea ipsa hanc legem valere docet Plato Phil. 20. D., ubi quaerit, utrum iucunda vita optabilior fiat prudentia adiecta an separata. Summum tamen bonum, nullo alio adiecto, ceteris optabilius est et ab omnibus hominibus conciliari potest. (cfr. 1. 5 et 1. 12; Suckow: über die Form der platonischen Schriften. pg. 63. 100.)

¹⁾ Libr. VII legislator, exponens qualis sit voluptas, omnibus civibus finem, quem appetant, praescribit — libr. X paedagogus illa utitur tantum ad pueros educandos. Lib. VII cur voluptas multum valeat ad virtutem parandam, paucis his verbis dicitur: *ἔθεμεν τὴν ἀρετὴν περὶ λῦπας καὶ ἡδονάς* (cfr. 2. 2.): libr. X causae adiciuntur: *διατείνει γὰρ ταῦτα διὰ παντὸς τοῦ βίου . . . τὰ μὲν γὰρ ἡδέια προαιροῦνται, τὰ δὲ λυπηρὰ φεύγουσιν.*

²⁾ Num referenda ad Speusippum quae leguntur 10. 1. 1172. a. 28 — b. 8., qui voluptati verbis inimicus, re deditus fuit, si Diogeni Laertio credere licet. IV, 1: *καὶ ἔμμεν μὲν ἐπὶ τῶν αὐτῶν Πλάτωνι δογματίων οὐ μὲν τὸ γ' ἡδὸς δέμμεν τοιοῦτος, καὶ γὰρ ὀργίλος καὶ ἡδονῶν ἥτιον ἦν.* At cfr. Brandis 2. 2. pg. 7. — Antisthenes, quem vulgo respici censent, moribus erat temperatis moderatisque et eam tantum voluptatem probabat, quae labore paritur et industria. (Brandis 2. 1. pg. 78. coll. 2. 2. 8. Deycks: de Antisthenis vita et doctrina. pg. 5.)

³⁾ Coll. 1. 12. 1101. b. 27. *δοκεῖ δὲ καὶ Εὐδοξος καλῶς συνηγορῆσαι περὶ τῶν ἀριστείων τῆ ἡδονῆς· τὸ γὰρ μὴ ἐπαινεῖσθαι τῶν ἀγαθῶν οὐσαν μὲν ᾧετο ὅτι κρείττον ἐστὶ τῶν ἐπαινετῶν, τοιοῦτον δ' εἶναι τὸν θεὸν καὶ τὰγαθόν· πρὸς ταῦτα γὰρ καὶ τὰλλα ἀναφέρεσθαι. ὃ μὲν γὰρ ἐπαινος τῆς ἀρετῆς· πρακτικοὶ γὰρ τῶν καλῶν ἀπὸ ταύτης· τὰ δ' ἐγκωμιάζομεν πρᾶξαντας. τὰ δ' ἔργα ἔργων ὁμοίως καὶ τῶν σωματικῶν καὶ τῶν ψυχικῶν, cfr. Rhet. 1. 9. 1367. b. 27. 31. ἐγκωμιάζομεν πρᾶξαντας. τὰ δ' ἔργα σημεῖα τῆς ἕξεως ἐστίν, ἐπεὶ ἐπαινοῦμεν ἂν καὶ μὴ πεπραγόντα, εἰ πιστεύομεν εἶναι τοιοῦτον.* — Diog. L. VIII. 88. *ἦσι δ' αὐτῶν Νικόμαχος ὁ Ἀριστοτέλους τὴν ἡδονὴν λέγειν τὸ ἀγαθόν.*

Iam auctor verane sit doctrina Eudoxi diiudicat, exponens, cur quae contra dicant adversarii non sint probanda. Ac primum errant „οἱ δ' ἐνιστάμενοι — τοῦ οἰκείου ἀγαθοῦ“, qui negant bonum esse, quod omnes petant (cfr. 1. 1. in.): neque enim solum animantes rationis expertes, sed etiam ii, qui ratione sunt praediti, eam petunt et fortasse illi insito quodam a natura bono incitantur ad id petendum quod sibi bonum esse iudicant. Tum qui concedunt dolorem esse malum, at negant ex eo concludi posse, voluptatem esse in bonis numerandam, quod illa, cum malo et malum et bonum et id quod neutrum est sit oppositum, esse possit mala vel nec bona nec mala, atque si mala sit, aequae ac dolor, sit fugienda, si nec mala nec bona, in neutram partem sit habenda — id recte, non apte dicunt. Neque enim Eudoxus affirmat, voluptatem, si dolor sit malum, esse bonum, sed cum res, rei per se fugiendae opposita, sit appetenda et dolor ab omnibus hominibus per se fugiatur, voluptatem esse appetendam et colligit, dolorem esse malum, voluptatem bonum. Continet igitur haec causa alterum argumentum cur voluptas appetatur et cum priore cohaeret. Denique qui voluptatem, quod nulla sit qualitate, (cfr. Phil. 37. C.), iniuria in bonis numerari dicunt, meminerint, et τὰς τῆς ἀρετῆς ἐνεργείας et beatitudinem, quas bonas esse nemo non concedit, nulla esse qualitate instructas.

Haec tria argumenta, ducta ex unitate voluptatis, ¹⁾ ex contrario, ex qualitate, quae apud Platonem non leguntur, cum secundum ad Speusippum lib. VII referatur, primum autem et tertium cum hoc cognationem quandam habere videantur — Spengelii, cui Brandis pg. 1500. assentitur, coniecturam pg. 526. 530. eatenus probantes, non dubitamus quin a Speusippo sint proposita. Refutare autem studet ille Eudoxum, non accuratius definiens quid sit voluptas, sed satis habens demonstrasse, argumenta ipsa ab Eudoxo non accurate esse posita. Quod quatenus ei contigerit, Aristoteles demonstrat: tertiam tantum illius causam sufficere negat. —

Iam 1173. a. 16 verbis: λέγονσι δέ — 1173. b. 20, quibus causis motus Plato voluptatem summum esse bonum negaverit, examinare videtur:

1. λέγονσι δὲ τὸ μὲν ἀγαθὸν ὠρίσθαι, τὴν δ' ἡδονὴν ἀόριστον εἶναι, ὅτι δέχεται τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἥττον. Eadem causa a Platone affertur Phil. pg. 27. E. coll. pg. 31. Ille ad sententiam, qua voluptatem certis finibus esse descriptam negat, adductus esse videtur aut quod vidit, plus minusve hominem gaudere, aut quod arbitratus est, in voluptatis notione ipsa esse aliquid incerti. At illud in iustitiam et omnino in unamquamque virtutem cadit, cum homo v. c. plus minusve iustus vel fortis sit: hoc non satis apto affirmatur argumento. Cur enim si voluptas aut pura aut impura est, ea quae pura est dicitur finita esse nec accipere plus minusve, cum valetudo, quae est finita, accipiat?

2. τέλειόν τε τὰγαθὸν τιθέντες, τὰς δὲ κινήσεις καὶ τὰς γενέσεις ἀτελεῖς, τὴν ἡδονὴν κίνησιν καὶ γένεσιν ἀποφαίνειν πειρῶνται. Locis Phil. 54. A. 53. C. Aristippum tangi, quamquam de γενέσει tantum, non de κινήσει agatur, concessum sumimus. cfr. Stallbaum ad pg. 53. C. Iam etsi Plato Aristippi sententiam, qua voluptas est κίνησις, comprobatur tantum, quatenus κινήσει continetur γένεσις — tamen, cum κινήσις et γένεσις (lib. 10, 3.) arete inter se sint coniunctae, non dubitandum, quin Aristoteles, qui utraque effici notionem voluptatis de illorum sententia censeat, ad Platonem respiciat. Libro VII. tantum negat, voluptatem esse γένεσιν: iam accuratius cur non sit κίνησις aut γένεσις quaerit. Voluptas non est κίνησις, quod, cum omnis motus celer aut tardus dicatur, voluptas etsi pariter atque ira celeriter existit

¹⁾ Cfr. 1. 4. 1096. b. 4. πιθανώτερον δ' εἰκόσασιν οἱ Πυθαγόρειοι λέγειν περὶ αὐτοῦ, τιθέντες ἐν τῇ τῶν ἀγαθῶν συστοιχίᾳ τὸ ἐν οἷς δὴ καὶ Σπεύσιππος ἐπακολουθήσασιν δοκεῖ. Brandis 2. 2. pg. 13. Anm. 32. pg. 14. Anm. 36.

tamen nec celeriter nec tarde percipitur. Nec voluptas est *γένεσις*, quod ex lege quadam naturae non res quaelibet fit ex qualibet, sed unaquaeque res, cum ex suis pendeat elementis, in ea dissolvitur, ex quibus composita est: ¹⁾ voluptas tamen ex iis rebus oritur, quae dissolutae dolorem efficiunt. Ex laetis enim elementis voluptas cum oriatur, necessario in laeta, si *γένεσις* est, dissolvitur. Denique tertia affertur causa (Phil. pg. 32.), qua demonstratur, cur non sit necesse voluptatis doctrinam *ἡτί γένεσως* notione: καὶ λέγουσι δὲ τὴν μὲν λύπην ἐνδεῖαν τοῦ κατὰ φύσιν εἶναι, τὴν δ' ἡδονὴν ἀναπλήρωσιν. At ut voluptas consistat in tollenda inopia naturali, ab eo quoque percipitur, cuius desiderium explet. Inopia est corporis, at corpus non gaudet. Illa tamen in re voluptas omnino non consistit: si sublata fuerit inopia, tum demum apparet. (Eandem in sententiam inclinat Plato pg. 31. D., ubi voluptatem nasci dicit, simulatque inopia tolli coepta sit: πάλιν δὲ ἀρμονιομένης τε καὶ εἰς τὴν αὐτῆς φύσιν ἀπιούσης ἡδονὴν γίγνεσθαι λεπτέον, εἰ δεῖ δι' ὀλίγων περὶ μεγίστων ὃ τι κάχισται ἡγεθῆναι. coll. pg. 42. D. εἰς δὲ γε τὴν αὐτῶν φύσιν ὅταν καθιστῆται, ταύτην αὖ τὴν κατάστασιν ἡδονὴν ἀπεδεξάμεθα παρ' ἡμῶν αὐτῶν. Ar. Rhet. 1. 11.) Praeterea definitio sumpta est a corporis voluptate et dolore, tactu aut gustu partis: in iis enim inopia antecedit expletionem (*ἀναπλήρωσιν*), quam sequitur voluptas. At sunt voluptates (Phil. 51. C.), quae dolore non antecedente capiuntur (Top. 1. 15. 106. a. 37.): eae cuius rei *γένεσιν* comitantur? Ita Plato, non satis quid sit voluptas constituens, sibi ipse repugnat. Postremo illos tangit Aristoteles, quos iam Plato Phil. pg. 44. E. argumenta duxisse a maximis et turpissimis voluptatibus dicit, his verbis: πρὸς δὲ τοὺς προηγμένους τὰς ἐπονειδίτους τῶν ἡδονῶν λέγουσι ἂν ὅτι οὐκ ἔστι ταῦτ' ἡδέα· οὐ γὰρ εἰ τοῖς κακῶς διακειμένοις²⁾ ἡδέα εἰσὶν, οἷόντιν ἀντὶ καὶ ἡδέα εἶναι πλὴν τοῦτοις, καθάπερ οὐδὲ τὰ τοῖς κάμνονσιν ὑγιεινὰ ἢ γλυκέα ἢ πικρά, οὐδ' αὖ λευκὰ τὰ φαινόμενα τοῖς ὀφθαλμοῖσιν. Cum lib. VII, 13., differentia inter animi et corporis voluptatem posita, de Antisthenis doctrina quaestionem instituerit, non necessarium duxit, denuo accuratius eam examinare.

Tota ex quaestione apparet, argumenta Eudoxi omnibus his argumentis non infirmari, nec demonstrari, voluptatem non esse summum bonum. Iam Aristoteles ipse contra Eudoxi sententiam pugnat allatis argumentis, a Platone in Philebo iam indicatis nec tamen satis explanatis. Tertiam Eudoxi causam ineunte quaestione, ad Platonem respiciens, paucis absolvit: iam impugnat ceteras, iudicans, voluptatem quidem esse appetendam nec tamen omnem, sed eam prout res sint, quibus excitetur, in species esse dividendam. Unde elucere primum, voluptates ex honestis rebus haustas alias esse quam ex turpibus rebus perceptas (cfr. Phil. 63. D.), tum ex ethico hominis habitu pendere, qualis capiatur voluptas, velut a viro iniusto voluptatem, e iusta actione capiendam, percipi non posse (cfr. Phil. 39. E. 40. B.), denique voluptatem solam ad bene beateque vivendum non sufficere, cum et nemo, etiamsi ei destinatum sit, ut semper in voluptatibus versetur, vitam degere cupiat sola mente pueri praeditus, nec cupiat gaudere, etiamsi ei concessum sit, ut ex turpiter factis nunquam dolorem percipiat (cfr. Phil. 21. C.), et res sint, quae appetantur, etiamsi nullam afferant voluptatem, velut videre, meminisse, scire, ex virtute agere. cfr. Phil. 33. B. 60. E. Inde apparet, voluptatem non esse

¹⁾ Lib. 2. 2. 1104. a. 26. ἀλλ' οὐ μόνον αἱ γενέσεις καὶ αἱ αἰξήσεις καὶ αἱ φθοραὶ ἐκ τῶν αὐτῶν καὶ ἐπὶ τῶν αὐτῶν γίνονται, ἀλλὰ καὶ αἱ ἐνέργειαι ἐν τοῖς αὐτοῖς εἶσονται. coll. Anaximander (Simplic. in Ar. Phys. f. 6.) ἐξ ὧν δὲ γενέσεις ἐσσι τοῖς ὄσσι, καὶ τὴν φθορὰν εἰς ταῦτα γίνεσθαι. κτλ. Lassalle: „die Philosophie Heracleitos des Dunkeln“. 1. pg. 47.

²⁾ Cfr. 3. 6. 1113. a. 26. ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν σωμάτων τοῖς μὲν εὖ διακειμένοις ὑγιεινὰ ἔστιν τὰ κατ' ἀλήθειαν τοιαῦτα ὄντα, τοῖς δ' ἐπιπόσεισσι ἕτερα.

summum bonum nec omnino optabilem, sed cum species contineat, quae inter se differant, partim repudiandam partim appetendam.

Ita omnibus perpensis quae dicta sunt contra voluptatem, transit Aristoteles cp. III ad suam de voluptate doctrinam exponendam et quaerit τί δ' ἐστὶν καὶ ποτὸν τι. Atque cp. III docet, voluptatem esse totum quiddam, neque ullam capi, quae perficiatur permanendo: eaque ex re — id quod uberius exponit — recte concludi, voluptatem non esse motum (κίνησιν ἢ γένεσιν), cum motus et tempori sit subiectus et ad finem aliquem propositum tendat, voluptas, cum quovis temporis momento totum quiddam et perfectum sit, non ex tempore pendeat sibi ipsa finis sit. ¹⁾ cfr. Anal. pr. pg. 48. b. 31. Cap. IV et V eam intercedere dicit inter voluptatem et actum rationem, quod voluptates non nascantur pariter atque actus, paulatim ab initio ad finem progredientes, sed eos sequantur et ὡς ἐπιγιγόμενον τι τέλος perficiant ²⁾ 1174. b. 15 — 1175. a. 21, praeterea voluptatis species differre quidem ab actibus, sed ad eos conformatas esse dicit a. 21 — 28, seu consideretur, quatenus perficiant actus a. 28 — b. 1., seu quatenus a variis rebus exeuntes et actibus et sibi ipsis officiant b. 1 — 23. coll. 7. 13. 1153. a. 21. Plat. Phil. 63. D., seu quatenus sint bonae vel malae vel mediae b. 23 — 30. cfr. Phil. 40. B. — 41. A. Deinde quaestione de ratione, quae intercedat inter voluptatem et ὄρεξιν, suscepta redit ad considerandam rationem, qua voluptates differant et ab ἐνεργείᾳ et inter se, velut voluptates sensuum aut cogitationis actu perceptae 1175. b. 30 — 1176. a. 3., velut voluptates variorum animantium generum, ut asini equi hominis a. 3 — 10; velut voluptates hominum ipsorum, quatenus alii ex alia re voluptatem aut dolorem percipiant: universe tamen voluptatem, quam vir bonus capiat, ceteris esse praefendam; voluptatem contra, omnium consensu malam habitam, non esse voluptatem. 1176. a. 10 — 29.

Iam si paucis complectimur quod ex utraque commentatione effici videtur, videmus primum disputari utra sententia sit praefenda, eorumne qui voluptatem esse summum bonum iudicent, an eorum qui negent — et demonstrari, neutram omnino esse probandam, priorem tamen melioribus niti argumentis. Vidimus lib. VII. 13. vituperari Antisthenem, cp. 14. Speusippum, praecipue quod voluptatis species neglexerint et corporis tantum voluptates cum dolore coniunctas spectarint: cp. 15 non ab Aristotele profectum esse: lib. X, 2 Platonis discipulos (Speusippum), contra Eudoxum pugnantes, paucis refutari verbis, strictim tangi Antisthenem, quod lib. VII. copiosius fuerit explicata eorum doctrina: praecipue quaestionem versari in Platone refutando. Ex utraque commentatione elucebat, nullam causam ab iis prolatam sufficere ad Eudoxi argumenta refellenda. Quare Aristoteles ipse, priusquam ad suam de re sententiam proponendam progrediatur, causas ex parte iam a Platone indicatas affert, quibus demonstrat, voluptatem bonum quidem nec tamen summum esse. Si enim de doctrina, quatenus in utraque disputatione partim in refellendis argumentis tantum admixta partim uberius explicata est, quaeris — in utraque voluptas bonum esse dicitur atque in priore summum fortasse quoddam bonum, quod ex parte easdem atque beatitudo notas prae se ferat, lib. X. eadem qua beatitudo dignitate ornari, quod existat si non tanquam τέλος, at certe ὡς ἐπιγιγόμενον τι τέλος omnium actionum. Spengel pg. 472, ubi de discrimine inter utramque intercedente disputat, non videt, Aristotelem lib. VII. sententia adversariorum, qua voluptatem, quamquam omnes sint bonae, summum bonum esse negent, moveri ut ostendat, etsi plurimae voluptates sint malae, unam tamen ἀριστόν πως esse posse: lib. X. cum eiusmodi causam contra voluptatem non attulerint adversarii, sed

¹⁾ Cfr. Zeller 2. pg. 514. coll. pg. 162.

²⁾ Cfr. 2. 2. 1104. b. 3. σημείον δὲ δεῖ ποιῆσθαι τῶν ἔξω τὴν ἐπιγιγόμενην ἡδονὴν ἢ λύπην τοῖς ἔργοις. 10. 5. 1175. b. 21 οἰκεία δ' εἰσὶν αἱ ἐπὶ τῇ ἐνεργείᾳ καθ' αὐτὴν γινόμεναι.

omnes id agant, ut voluptatem non bonam esse demonstrant, illius tantum esse ostendere, unam esse posse bonum. Aristoteles ubi ipse contra voluptatem tanquam contra *ἀγαθόν* disputat, alias affert causas, ex quibus appareat, eam non respondere notioni summi boni. (cfr. 1. 5.). Omnino lib. VII in refutandis adversariis suam sententiam tantum interponit, velut ubi dicit, voluptatem non esse *γένεσιν*, sed *ἐνέργειαν* et *τέλος*, argumentis non allatis, lib. X explicat¹⁾. Et causam si circumspicis, cur Aristoteles lib. VII. ad Platonem non respiciat, conicere licet, quia illic agat de iis adversariis, a quibus corporis voluptatem tantum spectari arbitretur²⁾ — quo altera Speusippi causa etiam inclinatur —, Platonem contra, cum a quaestione quid sit voluptas initium ceperit, refutandum esse ubi quaestio de voluptate ipsa instituitur. Et lib. X. corporis voluptatum vix rationem habet Aristoteles, sed discernit species voluptatis, respiciens ad actus, quatenus voluptatibus perficiantur — suum enim quaeque voluptas actum perficit — seu illi rebus a quibus profluunt, velut a sensibus et a cogitatione, differunt, seu ethica qualitate, qua boni aut mali sunt. At voluptas in species divisa notionem non mutat, sed in sua sede manet.

Qua quaestione instituta suam utramque commentationem habere rationem in se positam nobis persuasimus et contenti sumus, si non frustra locum certum unicuique quaestioni tribuere studuimus. —

Restat ut brevi adumbremus quaestionem de voluptate in Magnis Moralibus II. 7. institutam: quae quamquam praecipue respicit ad lib. VII, 13—14., tamen ex libro X sententias gravissimas affert: ex utraque igitur Nicomacheorum commentatione adminicula sumit. Ac primum auctor ineunte quaestione magis perspicue, quam lib. VII, 12. adversarios esse intelligendos Antisthenem eiusque discipulos, ostendit his verbis: *οἱ δὲ καὶ τῇ ἡδονῇ δυσχεραίνοντες* (Plat. Phil. pg. 44. *δυσχερεῖς*) *καὶ οὐκ οἰόμενοι δεῖν τὴν ἡδονὴν ἐναριθμεῖσθαι τοῖς ἀγαθοῖς, ἀλλὰ τὸ γε ἄλυπον προστιθέασιν ἕγγυς οὖν τὸ ἀλύπως τῆς ἡδονῆς ἔσθιν.*³⁾ Tum quae sit ratio quaestionum de voluptate, de beatitudine, de virtute institutarum exponit respiciens ad lib. VII, non ad lib. X. Auctor in utraque commentatione in breve contrahenda sequitur priorem, lib. VII. institutam, at ita ut in refutandis adversariorum sententiis ea statim admisceat, quae ab Aristotele partim lib. X. 2. partim lib. X. 5. uberius sunt explicata. Movetur ille consilio Aristotelis demonstrandi, voluptatem etsi multae sint malae, posse in bonis numerari (*ἀγαθὸν ἂν εἴη ἡ ἡδονή*) (Spengel pg. 496), omittitque ostendere, cum ad rem non pertineat, causas ab adversariis allatas non obstare quin voluptas habeatur summum bonum.⁴⁾ Quare ubi ipse adversariorum causas affert, negligit

¹⁾ Quaestio lib. VII. instituta significatur ab Eudemo III. 2. pg. 1231. b. 2. *ἀκριβέστερον δὲ περὶ τοῦ γένους τῶν ἡδονῶν ἔσται διακετόν ἐν τοῖς λεγομένοις ἕστερον περὶ ἐγκρατείας καὶ ἀκρασίας.* Quem locum, qui ad singularem commentationem referendum esse censent (Brandis pg. 1503), lib. VII. cp. 13 in. satis tractatum esse concedent. At e verbis: *ἐν τοῖς λεγομένοις κτλ.* nihil colligi posse arbitramur, nisi de voluptatis genere disputandum esse ubi quaestio de *ἐγκρατεία καὶ ἀκρασία* instituitur. Quod factum esse, demonstrant lib. VII. cp. 6 et 7. cfr. lib. 1. 5. 1216. a. 36. — Alter locus lib. 9. 9. 1170. a. 25. *ἐν τοῖς λεγομένοις δὲ περὶ τῆς λύπης ἔσται φανερώτερον*, quo indicari putant, lib. VII. de voluptate non esse actum (Spengel pg. 466. Brandis pg. 1510) — cum Aristoteles lib. VII. de dolore non fere disputet nec suam exponat sententiam, nihil spectat nisi doctrinam lib. X. cp. 3 etc. propositam.

²⁾ Spengel pg. 490. Anm. „Ueberhaupt ist auffallend, wie das siebente Buch so wenig die reinen Vergnügungen hervorhebt: ganz anders verfährt das X. Buch. Selbst das *ἀλύπως ζῆν* erscheint nur gelegentlich pg. 1152. b. 15; richtig dagegen wird dieses in der grossen Eth. II. 7 am Anfange angezeigt.“

³⁾ Cfr. Eth. Eud. 1. 5. 1216. a. 36. *Ἐτετρα δ' εἰσὶν ἡδοναί, δι' ἃς εὐλόγως οἴονται τὸν εὐδαιμόνα ζῆν ἡδέως καὶ μὴ μόνον ἀλύπως.*

⁴⁾ Spengel pg. 496. „Die in diesem (lib. VII) enthaltene Abhandlung über die *ἐγκρατεία* und *ἀκρασία* ist unläugbar das einzige Vorbild des Auszugs der Magn. Mor., so ganz genau folgen diese jener; ebenso der nächste Artikel über die *ἡδονή*; nur der Beweis, dass diese das *ἄριστον* sein könne, ist stillschweigend übergangen; der Excerptor fühlte das Ungenügende der Begründung und war zufrieden zu zeigen, nicht jede *ἡδονή* sei ein *κακόν*.“

sententiam: *εἰ καὶ πᾶσαι ἀγαθόν, ὁμως μὴ ἐνδέχεται εἶναι ἄριστον ἡδονήν*, et ex tribus illis sententiis lib. VII propositis duas sibi conformat, argumentis intexens illud ad sustentandam sententiam, *ὅτι δ' οὐκ ἄριστον ἢ ἡδονή*, allatum: *ὅτι οὐ τέλος ἀλλὰ γένεσις*.

1. *πρῶτον μὲν γὰρ φασιν εἶναι τὴν ἡδονὴν γένεσιν, τὴν δὲ γένεσιν ἀτελές τι, τὸ δ' ἀγαθὸν οὐδέποτε τὴν τοῦ ἀτελοῦς χώραν ἔχειν*. Quam sententiam ab Aristippo propositam, a Platone et ab Antisthene acceptam adhibitamque ad Aristippum refutandum, ab Aristotele repudiatam tanquam falsum argumentum — auctor ita refutat, ut primum 1204. b. 4 — 20., respiciens ad 10. 2. 1173. b. 5 — 19, animi voluptatem, tum b. 20 — 36. resp. 7. 13. 1153. a. 8 — 17 corporis voluptatem non γένεσιν esse demonstrat. Tum respiciens ad 7. 12. pergit: *καὶ ἀποκατάστασις δὲ φασίν, εἰς φύσιν αἰσθητή* (quae sententia lib. VII coniuncta est cum illa de γένεσει proposita) et in explicanda sententia b. 37 — 1205. a. 7. respicit ad 7. 13. 1152. b. 36. Huic disputationi annectit causam, cuius initio mentionem non fecit: „*ἀλλὰ μετὰ τοῦτο οὐ πᾶσα, φησίν, ἡδονὴ ἀγαθόν*“ et ostendit, a. quia bonum in omnibus insit categoriis, voluptas autem omnes bonos actus sequatur, unamquamque voluptatem esse bonum 1205. a. 7 — 15. coll. Magn. Mor. 1. 1. pg. 1183. a. 11. Bonitz: obs. crit. in Aristotelis quae feruntur Magn. Moralia et Ethica Eudemia. Stettin 1844. pg. 6.: b. voluptates pariter atque categorias inter se differre a. 15 — 25: qua in re concedere videtur, malas esse voluptates atque eas corporis. Locus, ad quem id referendum sit, lib. VII non exstat: auctor videtur, cum paulo ante de corporis voluptate egerit, propositiones illas, quae incipientes ab ἢ argumentum tertium 10. 2. 1173. b. 20 *πρὸς δὲ τοὺς προφερόντας τὰς ἐπονιδίσιους τῶν ἡδονῶν κ.τ.λ.* sequuntur, respexisse.

Quaecunque lib. VII. cp. 13. 14. dicta sunt de φάλαις ἡδοναῖς, proponit Magn. Mor. 2. 7. 1204. a. 35.: 2. *δεύτερον δ' ὅτι εἰσὶ τινες φαῦλαι ἡδοναί, τὸ δ' ἀγαθὸν οὐδέποτε ἐν φαυλότητι εἶναι*. Quam sententiam tractat 1205. a. 26 verbis: *ἀλλὰ δὴ καὶ διότι φαῦλαι εἰσὶν ἡδοναί τινες, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἐδόκει ἢ ἡδονὴ αὐτοῖς ἀγαθὸν εἶναι*. Solvit ἀπορίαν exponens, ut etsi sint malae litterae artesque et naturae tamen litterae et natura in bonis habeantur, sic voluptatem, etsi sint malae voluptates, τῷ γένει in bonis numerari 1205. a. 27 — b. 2. coll. 7. 14. 1153. b. 7. Quod ubi explicat, primum dicit, hominem et bestiam, tum bestias inter se, cum variis sint praeditae naturis, variis vexari voluptatibus — *ὁμοίως δ' ἑτέρα φύσις ἵππου καὶ ἀνθρώπου καὶ ὄνου καὶ κυνός*. cfr. 10. 5. 1175. b. 25.; 1176.; 7. 14. 1153. b. 30. 1176. a. 7. *ἑτέρα γὰρ ἵππου ἡδονὴ καὶ κυνός καὶ ἀνθρώπου, καθάπερ Ἡράκλειτός φησιν, ὄνον σύρματ' ἂν ἐλέσθαι μᾶλλον ἢ χρυσόν*. Tum finit ut lib. VII. 14. quaestionem, allata causa, cur illa sententia sit proposita: eamque esse sumptam censet a corporis voluptate 1205. b. 17 — 20. coll. 7. 14. 1153. b. 35., quam, cum natura inopia aliqua laborante percipiatur, postponendam esse existimat illi inopia sublata perceptae. 1205. b. 20 — 28. cfr. 7. 13. 1153. a. 1 — 7.

Iam affert causas, quae ad alias spectant voluptatis rationes: 1. *εἰ καὶ τοῦτο ἐλέγετο, ὅτι οὐκ ἀγαθόν. τὸ γὰρ ἐν πᾶσιν εἶναι καὶ πᾶσι κοινὸν οὐκ ἀγαθόν*. 1205. b. 28 — 37. 1204. a. 37. At cum id, quod omnes petunt, utique summum sit bonum, concludi posse certe videtur, voluptatem si ab omnibus appetatur animantibus, esse in bonis habendam. *καὶ τὴν ἡδονὴν οὖν, εἰ μέλλει ἀγαθὸν εἶναι, τοιοῦτον δεῖν εἶναι. ἢ οὐ, ἀλλὰ καὶ τοὺναντίον διὰ τοῦτο ἂν δόξειεν ἀγαθὸν εἶναι, ὅτι πάντα τούτου ἐφίεται τοῦ γὰρ ἀγαθοῦ πάντα πέφυκεν ἐφίεσθαι, ὥστ' εἰ τῆς ἡδονῆς πάντ' ἐφίεται, ἀγαθὸν ἂν εἴη τῷ γένει ἢ ἡδονή*. cfr. 10. 2. 1172. b. 36., 7. 14. 1153. b. 26.

2. *πάλιν καὶ ὅτι ἐστὶν ἐμπόδιον ἢ ἡδονή, οὐκ ἔφασαν αὐτὴν ἀγαθὸν εἶναι*. 1205. b. 37. 1204. b. 2. Spectat hoc ad X. 5. 1175. a. 22 — b. 24, ubi Aristoteles, quod lib. VII. 12. 1152. b. 16 et 13. 1153. a. 21. indicavit, explicat.

3. Causam profert ineunte capite non memoratam, at lib. 7. 12. et 13. allatam: ἄλλος ἦν λόγος ὅτι οὐδεμία ποιεῖ ἐπιστήμη ἡδονήν. 1206. a. 25—30. (lib. VII τέχνη ἡδονῆς. Spengel pg. 447. 525. Anm.): quam ad sustentandam respicit tantum ad verba, quae lib. VII. 13. 1153. a. 25 finem argumentationis efficiunt: καίτοι καὶ ἡ μυρσεικὴ τέχνη καὶ ἡ ὀψοποιητικὴ δοκεῖ ἡδονῆς εἶναι.

4. Denique: εἶτι δὲ καὶ ἄλλως ἐλέγετο, ὅτι οὐκ ἄριστον. 1206. a. 30—35. Etiam si concedatur, voluptatem non esse ἄριστον, tamen non recte concludi, eam non esse bonum. Estne hic locus referendus ad 1204. b. 1: καὶ ὅτι οὐ κρείτιστον ἡδονή, τὸ δ' ἀγαθὸν κρείτιστον? Spengel (pg. 527. Anm.) coniecit ἄριστον.

Hic quaestio finitur, quae neglectis tantum libr. X, cp. 3 et 4., quibus de motu ortuque et de ratione, quae inter voluptates et actus intercedit, plenius agitur nec in breve contractis capite 15. libri VII, quod ab Aristotele non est scriptum, et quarta parte cp. XIV, qua de corporis voluptate quaeritur, ex utraque Ethicorum Nicomacheorum commentatione accurate est contexta.

Gedani. Cal. Mart. 1858.